haberem; nullus tuum exemplum sequeretur. Sed præstat tacere, cùm lingua nequeat exprimere istam, quam tibi debeo gratiam.

Quotièscumque plantas volvo, totiès doleo nullam Floram Monspeliensem existere satìs dignam. Posses facilè reducere plurimas plantas Magnolii in *Catal. Monsp.* ad suas species, in *Horto Cliffortiano*, *Florâ Suecicâ*, *Horto Upsaliensi* datas; reliquas facilè deìn insereremus. Si non haberes editorem, compararem illum. Vellem quòd adderes loca, quæ deficiunt in Dalibardi *, aliàs pul-

---

* DALIBARD (TH.-F.), botaniste, physicien, du Maine, mort à Paris en 1774. *Floræ Parisiensis prodomus*, Paris, 1749. Le premier, en France, il adopta les principes et la manière de décrire de Linné. Au sujet de cette Flore, Linné écrivait, le 10 août 1750, à Bernard de Jussieu : « *Dalibardi Flora Parisina, tui in me amoris summum testimonium, mihi in manus pervenit. Ibi exposuisti et declarâsti animum, quem nullus, nisi pater in unicum filium offerret. Alii omnes lucubratiunculas meas, invito dente et malevoto rodunt; tu solus, candidissimus pro more tuo, fuisti; hujus testimonii memor vivam, dùm vixero, nec ulla rerum vicissitudo me à tuâ devotione removebit.* »

On se demandait, après cela, en quoi l'œuvre de *Dalibard* témoignait de l'amour de Jussieu pour Linné. Le mot de l'énigme est dans une ligne d'une lettre de *Bœck*, du mois de mai 1750 : « *M. Linnæus m'écrit que M. de Jussieu a publié une* Flora Parisiensis *sous le nom d'un autre.* » B. de Jussieu se hâta de relever cette erreur et de répudier la paternité en attaquant l'ouvrage, dans sa réponse à Linné le 19 février 1751 : « *Floræ Parisiensis Prodromus Dalibardi incuriam ostendit, erravit enim non semel in illis, quæ à te mutuatus est : sed*